Universitätsbibliothek Paderborn

Sōkratus Scholastiku Kai Ermeiu Sozomenu Ekklēsiastikē Istoria

Socrates <Scholasticus>

Mogvntiae, 1677

II. De Attico Constantinopolitano Episcopo, quibus moribus fuerit praeditus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14233

Visual Library

A

Κεφ. β'.

Περὶ ἀττικοῦ τοῦ κωνσταντινουπόλεως ἐπισκόπου, ὁποῖος ἦν τὸ ἦθος.

Τοῦ τοίνυν βασιλέως ὄγδοον ἔτος ἄγοντος, τρίτον ἔτος εἶχεν ἀττικὸς τοῦτο ἐν τῇ κωνσταντίνου πόλει διαπρέπων· ἀνὴρ ὡς φθάσαντες εἴπομεν, μετὰ τοῦ πολὺ πεπαιδεῦσθαι, εὐλαβής τε καὶ φρόνιμος· διὸ καὶ τὰς ἐκκλησίας ἐπὶ αὐτοῦ συνέβη εἰς μέγα ἐπιδοῦναι· οὐ γὰρ μόνον τοὺς οἰκείους τῆς πίστεως συνεκρότει, ἀλλὰ καὶ τοὺς αἱρεσιώτας τῇ B φρονήσει κατέπληττε· καὶ σκύλλειν μὲν αὐτοὺς οὐδαμῶς ᾑρεῖτο· φοβεῖν δὲ ἐπιχειρῶν, αὖθις αὐτοῖς πρᾶον ἑαυτὸν ἐπεδείκνυεν· ἀλλὰ μὴν οὔτε λόγων ἠμέλει· ἐπόνει γὰρ περὶ τὰ τῶν παλαιῶν ἀναγνώσματα, διανυκτερεύων ἐν αὐτοῖς· διὸ καὶ οὐκ ἐξενοφωνεῖτο παρὰ τῶν φιλοσόφων ἢ σοφιστῶν· ἦν δὲ καὶ τοῖς ἐντυγχάνουσι χαρίεις τε καὶ ἐπαγωγός· καὶ τοῖς λυπουμένοις συνεστύγναζε· καὶ ἁπλῶς κατὰ τὸν ἀπόστολον, τοῖς πᾶσι τὰ πάντα ἐγίνετο· καὶ πρότερον μὲν ἡνίκα ἐν τῷ πρεσβυτερίῳ ἐτάττετο, C ἐκμαθὼν οὓς καὶ ἐπόνει λόγους, ἐπ' ἐκκλησίας ἐδίδασκε· μετὰ δὲ ταῦτα σὺν τῇ φιλοπονίᾳ καὶ παρρησίαν κτησάμενος, ἐξ αὐτοσχεδίου καὶ πανηγυρικωτέραν τὴν διδασκαλίαν ἐποιεῖτο· οὐ μὴν τοιοῦτοι ἦσαν οἱ λόγοι, ὡς καὶ παρὰ τῶν ἀκροατῶν σπουδάζεσθαι, ἢ γραφῇ παραδίδοσθαι· περὶ μὲν ἤθους αὐτοῦ καὶ τρόπου καὶ παιδεύσεως, ἀποχρώντως εἰρήσθω· ὅσα μέντοι μνήμης ἄξια ἐπὶ τῶν αὐτοῦ χρόνων ἐγένετο, διηγήσομαι.

Caput II.

De Attico Conſtantinopolitano Epiſcopo, quibus moribus fuerit præditus.

INterim vero dum Imperator Theodoſius octavum ætatis annum ageret, Atticus tertium Epiſcopatus ſui tranſigens annum, celeberrimus habebatur. Vir, ut jam dixi, præter magnam quæ in illo fuit, eruditionem, pietate quoque ac prudentiâ excellens. Unde etiam Eccleſiæ ſub ejus Pontificatu maximum incrementum cepére. Neque enim ſolum domeſticos fidei tuebatur: verum etiam hæreticos admiratione prudentiæ ſuæ percellebat. Et eos quidem nullatenus vexare cupiebat: ſed cum eos terrere aggreſſus fuiſſet, mitem ſe poſthac & placidum erga ipſos oſtendebat. Neque vero doctrinæ ſtudia neglexit. Etenim in Veterum libris multum operæ poſuit, noctes inſomnes in eorum lectione traducens. Proinde Philoſophorum ac Sophiſtarum ſermonibus, tanquam re nova, minime terrebatur. Erat præterea in colloquiis urbanus, & ad alliciendos hominum animos aptiſſimus. Gemebat cum dolentibus: denique exemplo Apoſtoli, omnia omnibus factus eſt. Et antea quidem cum adhuc in Presbyterii gradu eſſet conſtitutus, orationes à ſe compoſitas quas memoriter didicerat, in Eccleſia recitabat. Poſtea vero ex laboris aſſiduitate fiduciam nactus, ex tempore loqui & panegyricam concionandi rationem ſectari cœpit. Nec tamen ejus conciones hujuſmodi fuerunt, ut ab auditoribus vel plauſu exciperentur, vel ſcriptis mandarentur. Sed de ejus ingenio & moribus atq; eruditione, iſta ſufficiant. Nunc res memoratu dignas quæ illius temporibus contigerunt, exponere aggrediar.

D

Κεφ. γ'.

Περὶ Θεοδοσίου καὶ ἀγαπητοῦ, τῶν ἐν συνάδοις ἐπισκοπησάντων.

Ἐν συνάδῳ πόλει τῆς πακατιανῆς φρυγίας, θεοδόσιός τις ἐπίσκοπος ἦν, ὃς τοὺς ἐν αὐτῇ αἱρετικοὺς, πολλοὶ δὲ ἐν αὐτῇ ὄντες ἐτύγχανον τῆς μακεδονιανῶν θρησκείας, συντόνως ἐδίωκεν· ἐξελαύνων αὐτοὺς οὐ μόνον τῆς πόλεως, ἀλλὰ

Caput III.

De Theodoſio & Agapeto Synadorum Epiſcopis.

SYnadis quæ Phrygiæ Pacatianæ urbs eſt, Theodoſius quidam fuit Epiſcopus. Hic hæreticos quorum in ea civitate ingens erat multitudo ex Macedonianorum ſecta, acriter perſequebatur; eos non ex urbe ſolum,